



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 28. Cæsar & Philippus de hoc fœdere certiores facti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. præslitum est, quod postea, cum ad legitimam cætatem pervenerit, Rex beneficiarius A.C. 1555. ratum habeat, & ipse denuo, si opus sit, juret. VI. Liceat Pontifici ad annonam sublevandam in Sicilia ad decies mille mensuras frumenti omni onere, ac tributo liberas, dum volet, emere, & Romam transportare; VII. caveat Rex, ut nullo modo a Præfectis impedimentum interponatur, quominus ad primum postulatum id citra fraudem confici possit. Hæc per Lotharingium, & Caraffas Romæ acta decima quinta Decembris fuere subscripta.

### §. XXVIII.

*Cæsar, & Philippus de hoc fædere certiores facti.*

**H**i quamvis ejusmodi fœdus summo silentio tegere toto studio satagerent, nihilominus Cæsar quantocius hōfce articulos descriptos recipiebat, quos etiam nulla mora ad Philippum Filium suum transmisit, ut & ipse illos discuteret, ac demum, quid consilii in hac rerum vicissitudine capiendum sit, deliberaaret. Evidem ea res intime Philippi animum fauciabat, nil tamen eorum, quæ in ejusmodi eventibus prudentia Magistra didicerat, prætermittere volens, omnibus abunde prospexit, quæ necessaria fore censuit, ut hanc tempestatem

statem dissiparet, aut ea saltem non ex im-  
proviso obrueretur.

Sæcul. XVI.  
A C. 1555.

### §. XXIX.

#### *Septem Cardinales a Papa creati.*

Interea Romæ Paulus IV. ut suorum *Ciacon. in-*  
partes firmaret, Præfules fibi addi-*vit. Pont. to.*  
Etos purpura decorare statuit: cum ve-*3. p. 844. &*  
ro horum septem creare decerneret, Sa-*seqq.*  
crum Collegium ægre ferebat, quod ju-*Pallav. hist.*  
ratam promissionem transgredi vellet, *Conc. Trid.*  
vi cuius electione facta se plures  
quam quatuor haud creaturum in  
conclavi spoponderat (\*). Igitur con-  
vocato Purpuratorum Senatu die vige-  
sima Decembris Pontifex graviter que-  
ri cæperat, ob sparsum in vulgus rumo-  
rem, quod non possit propter juramen-  
tum in conclavi præstitum plures, quam  
quatuor Cardinales creare: „Id autem  
„inquietabat Papa, non aliud est, quam  
„auctoritatem Pontificiam, quæ est ab-  
„soluta, legibus adstringere. Mihi qui-  
„dem decretum est, nonnullos in Car-  
„dinalium Collegium cooptare, neque  
„volo, ut quisquam refragetur, nam in-  
„digeo iis, quorum ministerio uti valeo:  
„quo in genere mihi veteres Cardinales  
„, usui

(\*) Pallavicinus contra Ciaconium, alios-  
que hanc Cardinalium creationem rejicit ad  
diem decimam octavam Decembris.